parcia orta sedicio e(st) que
cu(m) re(s) p(ri)ncipis ad regendam
eam disciplinam prefect(us)
assumunt(ur) Cui(us) terrore disper
si fratres ac per diversas oras
monachi sunt fugati Ita ut
propositis edictis in nulla
consistere sede sinerent(ur) Illud
me admodum permovebat
quod ieronim(us) vir maxime
catholic(us) et sacre legis per
itissim(us) origenem secutus pri
mo tempore putabat(ur) quem
nunc idem precipue vel o(mn)ia illi(us)
scripta dampnaret Nec uero
ausus de quoquam temere iu
dicare prestantissimi tamen
viri et doctissimi ferebant(ur)
in hoc certamine dissidere Sed
tamen sive illud error est ut
ego sencio sive heresis ut pu
tat(ur) non solum reprimi non
potuit multis animaduersio
nib(us) sacerdotum sed et nequaq(uam)
late se potuisset effundere nisi
contencione crevisset Cum
ergo turbatione tu(n)c vero alex
andria fluctuabat me quide(m)
episcopus illius civitatis be
nigne admodum et melius q(uam)
opinabar excepit et secum te
nere temptabat Sed no(n) fuit
animus ibi consistere ubi re
cens fraterne cladis ferveat
~~tu tenere temptabat Sed no~~
~~fuit~~ invidia Nam et si
fortasse videant(ur) parere
episcopis debuisse no(n) ob h(anc)
tamen causam multitudine(m)
tantam sub christi confessione
viventem presertim ab episco
pis oportuisset affligi
Sic inde digressus bethleem
oppidum perii quod ab iheru
solimis sex milib(us) disparat(ur)
ab alexandria aut(em) sedecim
mansionib(us) abest Ecclesia(m)
loci illius iheronim(us) pre
sbiter regit Nam parrochia
est episcopi qui iherusolima(m)
tenet Michi ia(m) pridem hie
rusolimis superiore illa
mea peregrinatione compert(us)
facile obtinuerat ut nullu(m)
michi expetendu(m) rectius
arbitraret(ur) Vir enim preter
fidei meritu(m) dotemq(ue) virtutu(m)
non solum latinis atq(ue) grecis
sed et hebreis etiam ita lit
teris instructus e(st) ut se illi
in omni sciencia nemo audeat
comparare Mirer aut si no(n)
et vob(is) per multa que scripsit
opera compert(us) est Nam an
te hoc quinquennium quenda(m)
illius libellum legi in quo

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%20244r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%20244r)